

75  
MONASTIUM  
7.  
nedum in Monasterio, sed in ecclesia S.  
Laurentii in Caesarea, morbo corripitur,  
et inde discedens, versusque Ariminum  
tendens dem extremum claudit, unde  
illud Evangelicum venit super eum; ut  
quid templum meum fecistis speluncam  
latronum. Non tangant igitur laici  
Christus Domini; licet mos sit Ravennatibus  
in contrarium in ejusdem civitatis ec-  
clesiis operari. Hujus Cosmati tempore Ur-  
banus in urbe moritur, et Petrus de Co-  
macellis de Neapoli in Bonifacium IX  
ordinatur. Qui paucis diebus elapsis Cosma-  
tum in Presbyterum Cardinalem assumit  
sanctae Crucis in Hierusalem, et ei Ra-  
vennatem commendat ecclesiam; qui  
Domino Guidone de Polenta de Domino  
civitatis Ravennae deposito nuncios pro  
senatus mittit. sibi vero Domini Guidonis  
praedicti, qui paulo ante dictae civitatis  
Vicarium interventu Domini Alberti  
Marchionis Litenpensis eorum Avunculis  
a Bonifacio impetraverant, per decen-  
nium tantaxat possessionem ecclesiae  
manuteneri permittunt. Cosmatas inde